Petrus (G.)
~~636~~ C. 21

# Cfratris Galfredi Petri Baiocen. Galli/ lectorꝫ/ sacrarum literarum/ De vita/ ac moribus/ atq; panis miraculo sancti Nicholai de Tollentino/ Comedia.

# ¶ Frater Eduardus Soppeth Augustinianis nouitiis / felicitatem dicit.

Deuenit ad manus nostras nuperrime fratris nostri Halfredi Petri comedia quedam. de vita et moribus Sãcti Nicolai de Tollentino. opus sane egregium. et eruditum. et qđ iuuenibus ordinis nostri plurimum ornamenti et vtilitatis afferet. statim duxi. vt ederetur. Quod si quis miretur / me precipitasse editionem. nec seruasse Flacci preceptum. cum presertim i tota illa comedia multa desideret auctor animaduertat. me ad vtilitatem nostroꝝ nouitiorum animũ appulisse. quippe cũ vidissem hui⁹ comedie vnicum exemplar / qđ ad man⁹ nostras puenit esse apđ auctorem. statim ipsam nondum recognitam in apertũ ferendã censui. ne de medio surrepta tãto bono celitus misso puuaremur. Quare eam accipite bono aĩo. ac manibus vestrorum filiorum in Christo voluendam. ac perlegẽdam iubete. vt ex ea beni meliores / et mali probi euadant. Valete.

Pestiferos morbos / a nobis tolle rogamus
O Tollentinas vir Nicolae dei.

¶ Hic incoatur hymnus angelicus. Hy⁹. Te canunt omnes Nicolae gentes. ꝛc.

BRITISH MUSEUM

## ¶ Sanctus Nicolaus Tollentinas.

O hominum superumq; sa/
tor/ qui terrena hec creasti/ et ea hactenus
ita conseruasti / vt omnia ad finem suum
tenderent/ et nullis hactenus prouiden=
tie tue oculus / et pietat̃/ et clementie/ fons deficiēs
fuerit. respice me tuam plasmaturam / et facturam/
tre tue fulmine percussam. Ad te confugio/ supplex/
tua numina posco. Ad te inꝯ audacter curro. Nam
media nocte surgebam ad confitendum tibi: et semp
memor fui nocte nominis tui dñe/ et ecce demones p
amica silentia noct̃/ qui corpus meum impi[illegible]ssime ex
cruciauerūt. ita vt spiritum et vitam vlterius duce=
re non possim. Respice ergo super eremitam tuum
de tua misericordia cōfidentem. Respice innumeris
corpus meum affectum verberibus / sana lāguores
ei9/ et post hūc vite misere curriculum/ triūphāt̃ tue
hierusalem hereditate donare digneris. O felicem
aiam. que terreno resoluto corpore libera celum pe=
tit. secura est/ tranquille viuit/ non timet hostem/ neq;
mortem. Ecce iam quemadmodum desiderat cerus
ad fontes aquarum: ita aia mea te deum meum. O
dulcissime Jesu iam cupio dissolui. et esse tecum. En
quando dies illa candidissima illucescet/ dies inꝯ iu=
cunditatis et leticie/ eterna lux/ nesciens vesperam/
non habēs occasum/ que vocem illam afferet. Intra
in gaudiū dñi tui Verumtamen si vite mee stāmina
adhuc diferre voluer̃. Angelorum pane nutrias af=
flictum corpus serui tui/ esuriens profecto est/ nec ta=

re beatoꝝ spiritaum refrigera linguam meam. Mitte dñe panē hunc et noli tardare/ veni desiderate dñe iesu Christe. et miserere serui tui in grabato iam languentis/ quod tametsi id merita mea non exigūt: tue tamen pietatis et mīe partes sunt/ idq; ꝑ dulcissimā genitricem tuam efficias/ ac ducem nostrum Augustinum: ꝗ sint vite mee priusq̄ moriar medicamēta.

¶ Fraterculus.

Nicole pater paulisper quietem captes/ nāq; tui morbi magnitudo sic facile leuabit/ vt post soporem dulcissimo colloq̄o tuo perfrui possimus: et ego id primū efficiā/ nā me somnus opprimit et vocat. ¶ S. Ni.

Fili/ quies mea desiderata Christus est. In pace in id ipsum dormiam et requiescam. Et tibi ante oīa id semper appetendum est/ vt quicquid agas/ ad eum referas/ tuoꝝ oblitus cōmodoꝝ. siue vigiles. siue dormias. siue comedas/ siue bibas in noīe Christi id facias. Eia igitur iam dormias. ¶ Fratercu.

Id iam facio.

¶ Hic cantāt angeli in oratorio dormiētibus S. Ni. et fraterc'lo Tunc virgo Maria vna cum S. Augustino et angelo eis adiuncto visitāt. S. Ni.

¶ Maria virgo tunc Incipit.

Quid excruciaris dulcissime fili/ an putas gnati mei surdas fuisse aures? qui tuas non acceptauerit orōnes/ an ne lapideus erit: qui tua flecti noluerit penitentia/ cui grata non fuerit pudicitia tua/ pietas religio. Quē nō demulceret humilitas tua? Ecce nunc a regalibus sedibus venimus/ vt tuis sctīssimis presto essemus petitionibus: et in omni angustia adminiculo essemus. Hos aspice. Quoꝝ alter Aurelius

Augustinus est/tue religionis caput: qui boni pasto
ris instar. ne rapacissimi demones te surriperent. vi
gilantissime curauit. Alter summi opificis nuncius.
qui arcana eius semper rimatur. atq; nouit. tecū sem
per affuit Raphael. hi quidem oēs reli incole sunt. ꝛ
precipui. quid modo times? En Augustine. tuam re
spice ouem. atq; adhortare.

¶ Sanctus Augustinus.

Quanta teneret animum tuum letitia. si ea videres.
et gustares. que tibi altissimus preparauit. Terrena
hec vilissima esse censeres. si illis cōferres. ꝛ si parus
licet cōponere magnis. vbi gaudium est infinitum.
letitia sine tristitia. salus sine dolore. via sine labore.
lux sine tenebris. vita sine morte. omne bonum sine
omni malo. vbi iuuentus nunq̄ senescit vbi vita ter
minum nescit. vbi dolor nūq̄ pallescit. vbi amor nūq̄
tepescit. vbi sanitas nunq̄ marcescit. vbi gaudium
nunq̄ decrescit. vbi dolor nūq̄ sentitur. vbi gemitus
nunq̄ auditur. vbi triste nihil videt. vbi letitia semp
habetur. vbi malum nunq̄ timetur. quoniā ibi sum
mum bonum possidetur. ¶ Virgo Ma.

¶ Hec tua erit possessio et hereditas/et longe maior
q̄ Augustinus tuus explicauerit. O Augustine. ō
Augustine. beatitudinem triumphantis hierusa
lem quo pacto explicabis/nā paruū vasculum ocea
num facilius cōtinere posset. infinitum ꝛ immensum
qua mensura metieris? Eflagitasti a summo deo
nuperrime/ vt lāguentis corporis tui sanitatē restau
raret/ qō vt fiat ad te venimus/curatū plagas tuas.
Habes tecum coeremitam adolescentulum iam so
pore captum/a somno illum euigila/ qui a vicina tua

Panem nouo confectum frumento nomine ieſu Chriſti gnati mei vnigeniti expoſtulet/quo inaquam madefacto ꝑ medicina vtere/ſic ſanitatem adipiſcer; interea cum Raphaele dei nuncio. vnaꝙ cum alijs manebis. ¶ Angelus Raphael.

O deifera Chriſti parens. angelorum ſoror pulcherrima. que nullo vnq̃ tempore deſtitui. nunc quo pacto deſererem? ¶ Angeli oēs ſimul.

Mandauit angelis ſuis deus: vt protegāt eū in oībus vijs ſuis. ¶ S. Auguſtinus.

Raphael archangele. prebe illi obſecro de lumīe angelorum. ¶ Angelus Raphael.

En ſtella quam iam vidit. nuſpiam eum dereliquit. Atqui tales erunt equales angelis in celis. Angeli nāꝙ eorum ſemp vidēt faciem pris. et pane nro ſaciantur alleluia. ¶ Virgo Ma.

Merito is diuus pater Nicolaus Tollentinas. panē celeſtem in terris. celiſꝙ habebit. quē videbit. quem amabit. quem laudabit. quē deinceps mundus totꝰ obnixe deſiderabit. et multis deuote recipiētibus in ſalutem prevalebit. In Italia cognoſcet. In Gallia excercebit. In Germania collaudabit. In Hyſpania deſiderabit. In Anglia frequētabitur. In Hibernia efficiet. in toto orbe cōprobabit. ¶ Angls Ra.

Hic eſt panis angelorꝫ. qui de celo deſcendit.

¶ Angelus Michael.

Cibabit illum dñs pane vite et intellectus.

¶ Angelus Gabriel.

Pane angelorum ſaturabit eum rex noſter. et celorꝫ.

¶ Uriel angelus.

Panis angelicus. fit panis hoīm. dat panis celitus/

figuris terminum ⁊ res mirabilis manducat dñm
pauper. virgo. obediens ¶ S. Augu.
Quinni. panis iste febrem purgabit. venenum sana-
bit. egrotos curabit. ignem annihilabit. pestem enu-
cleabit. demones fugabit. maris pericula quassabit.
omne aduersum mitigabit. ¶ Virgo. Ma.
Seraphice dei Nicolae. ad patrꝭ dei dexterā reuer
turi sum⁹. te expectātes. Tandem post recessum hūc
panem benedices nostrum. ¶ S. Aug.
O alma Christi parēs. hunc panem cotidianum con
filij mei diui Nicolai tollentinatis castissimi. volunta
rie pauperrimi. ac obedientissimi famuli tui benedi-
cas obnixe poplitibus cōplicatis. te obsecro. isqꝫ Ni
colaus pientissimus. per mulierem panem recentio-
rem dandam benedicet. atqꝫ per secula eius i memo
riam a cunctis Christi militibus. vbiqꝫ terrarum to-
ties quoties opus fuerit. deuotissime benedicetur.
satqꝫ erit in presentiarum ei.
¶ Hic. S. Aug. ponit se genibus flexis coram virgi
Maria. ¶ S. Maria.
Surge. tu o Augustine pater. bñdicqꝫ similiter an-
gelo incoante. ¶ Angelus.
Per iesum Christum dñm nostrum. Benedicite.
¶ S. Ma. et. S. Ang. sil'. Dñs.
¶ S. Ma. et. S. Aug. et oēs angeli simul.
Panē celi dedit de⁹ sctis suis. panē angelorꝫ mādu
cabit diu⁹ Nico. Tollen. cū deotꝭ suis. ¶ S. Ma.
Gloria patri gnato qꝫ meo/et flamini almo.
¶ S. Aug. et angelus simul.
Sicut erat in principio. et nūc ⁊ semp. et ī sc'a scl'orꝫ.
¶ Ma. In noīe pris et iesu xpi filij mei et spūs scti.

¶ Sanctus Augu. et oēs angeli simul. Amen.

¶ Actus secundus.

¶ Hic S. Augusti. ministrat panem S. Nico. cum reuerentia/tandem oēs angeli cantāt et ponunt se genibus flexis ī recessu virginis Ma. S. Augustini. et angeli. tunc S. Nico. surgens a sumpno ait. ¶ S. Nico.

O dñe deus/dulcedo amoris. atq; dulcedinis. O alpha et o. gras benignissime. atq; deuotissime. quas possum refero immortales: q; ad fratrem Nicolaum peccatorem ministrum tuum(licet indignissimum)almificam matrem tuā dñam meam/ patremq; meum diuum Augustinum totiꝰ eccīe christiane vexillifer um impterritum mittere non dedignatus es. O felix societas supernoꝝ ciuium. O amenitas pulchritudinis. formositas totius splendoris. Que cātica? que organa? que cantilene mecum hic tam ameniter decantātur? Sonāt hic semper melliflua hymnoꝝ organa suauissima. angeloꝝ melodia. cantica canticoꝝ mira. que a superis ciuibus/ꝫ angelis celestibus mirum in modum psallunt. O eterne deus/facis angelos tuos spiritus ꝓpter me. quibuꝫ mandasti/vt custodiant me in oībus vīs meis: ne forte offendā ad lapidem pedem meum. En angeli adiuuāt laborantes. protegūt quiescentes. hortātur pugnātes. coronant vincentes. cōgaudēt cōgaudentibus de te. compatiuntur patiētibus de te inꝰ gaudentibus. Heus frater cule euigila. ne somno deditus esto/ quesoq; precator: accede propius et auscultra.

¶ Fratercu. surgens a somno.

En/presto adsum/licet corporaliter quieui/sed men-

tsliter euigilaui/ quatenꝰ ſingula fideliter fiãt. iãiam quid tantopere velis pater Nico. iube. ¶S. Ni. Ad vicinam quamdam mulierculam/illuc foras ſtãtem propera/panemq; recentiorem ieſu Chriſti noie deuotiſſime petas. ¶Fraterculus. Fiat vt iubes pater veneraãde/reuertarq; illico/ eãq; rem perficiam ipſam/ ita vt gratum me eſſe dices. ¶S. Nicolaus. Ante hac opera vſus ſum tua/atq; diligẽtia/ vade in pace. ¶Hic angeli camãt. tandẽ ad mulierem. dicit. ¶Fraterculus. Aue felix mulierecula. ¶Mulierecula. Felix ſit aduentus tuus/ quid optas/ quid boni fert animus. Vt valet frater Nicolaus. dic te obſecro. ¶Fraterculus. Vt ſuperis viſum eſt. iamq; miſit me ad te. vt paululum panis recentioris ad eum feſtinãter dirigas in noĩe gnati dei vnigeniti. parẽtiſq; eiꝰ. ſcriſſimiq; pris noſtri Augu. ſub cuiꝰ regula degimus. ¶Muli. Procul dubio hoc non habeo. ¶Fratercu. Eya mulierecula/te obſecro et obteſtor/noſti viri huiꝰ fidem/ ſpem/et charitatem. mores et virtutes/quare id preſta ſi potes. vt ĩ te illud adimpleatur dauidicũ. Viduam eius benedicẽs benedicã: pauperes eiꝰ ſaturabo panibus. Scias autem Dauid regem panem et aquã puero egyptio Amalechite ſeruo. bono cõtribuiſſe aĩo. Itaq; habes/qñ is diuinus vates Helyas theſbites eſuriẽs. mulieri vidue Sydonioꝝ vrbis Sareptane panem petiſt. et illa miraculo pauiſſe credit. ¶Mulierecula. Quid opus eſt verbis. hercle panis non habeo co-

piam. ¶ Fraterculus.
Sane. de te scripsit Job. viij. Esurienti subtraxisti panem. En obdurata es. iā video. Ad puellam me accedere vrget necessitas. Salue puella. Christi ancilla. causa pietatis intēde ad pauperem fratrem cōferens micas. que cadūt de mensa muliercule hui⁹. compatiarisq; viro sctō Nicolao. nam nouissime dña tua muliercula hec. pre iracundia non erat apud se. vt arbitror. ¶ Puella.
Si tibi dixit. qđ panis domi non est. hercle credas ꝙ ita est. ¶ Fraterculus.
At. tibi ꝓ scelere. decreuisti ne sctō pri Nicolao elemosinā non porrigere? O dei mīa. O summa dei potēcia. O eterna presciētia. O diuina dei ꝓuidētia. O si dñs panē recentiorē tibi daret. nunq̄d minimū dares panē? En respice ꝙ te docet pagīa sacra. Esaye. lviij. Egenos induc in domū tuā. et esurienti frange panē tuū. vt tibi de⁹. iustus iudex ī iudicio dicat. Esuriui ⁊ dedisti mihi māducare. Intra ī gaudiū dñi tui. In quo est sanitas sine lāguore. gaudiū sine merore. dignitas sine tremore. opes sine amissione. abundātia sine defectiōe. vita sine morte. ꝑpetuitas sine corruptiōe. btītudo sine calamitate. ¶ Puella.
Os inferni. id ꝙ non diligo voret. ¶ Frater.
Bona ꝟba q̄so. Nonne ad Helysei postulationē. rex Israel. panem ⁊ aquā regi Sirie porrexit. q̄ ip̄m insidiabat cū Abrahā ei⁹ gnatum ex Agar egyptie eiecisset. Gen̄. xxi. Tādem mane surrexit. et tollēs panē et vtrem aque imposuit scapule ei⁹. tradiditq; puerꝝ et dimisit eū. Demū tremesco. ne tibi illđ Job. xxiij. eueniat. Abhominabilis ei fit in vita sua panis. Is

Melchisedech quondam rex Salem. sacerdos dei al
tissimi. Gen. xiiij. ad ipsi9 summi. maximi. optimi dei
laudem sapisti. q̄ ꝓtulit. Et si reges. sacerdotes. viri
valētes ve. hec peregerūt. ꝑ ampli9 ⁊ deuoti9 iux ta
genus femineū ꝟgineū. si ꝟgo es. et (licz) non ꝟgo. si
vales. panē xp̄i eccl'ie famil'is porrigere obligaris.

¶ Puella.

Fratercule. sat est. vade foras. hic tibi locus non est.

¶ Fraterculus.

O si tanti p̄ris sctimoniā excogitares (reuera) panē il
lico illi porrigeres. Nam carnes/pisces/fruct9/lacti-
cinia/nusq̄ edit. pane aquaq̄ solo ꝯtēt9 extitit. Iccir
co panis paululū elargire. Nāq̄ cōpertū hēo. qm̄ pa
nes archa ī tua recōdunt. q̄s iā celas. ¶ Puella.
Mediusfidius. pane nōdū cōfeci. et panē optas. abi
ad vēdentes. q̄ si hinc ꝓcul nō dicesserꝫ. ex hoc dabo
supra dētes. ⁊ faciē faciā tuā tam excoctā. atq̄ atriorē
reddā. q̄ carbo est. en recipe. ¶ Hic puella vulnerat
fr̄cl'z in maxilla et cadit in terram. ¶ Fratercu.
Dn̄e iesu. spiritum suscipe meum. ¶ Puella.
Au/puella denomīor. cum virago sim/heus. o fr̄cule
cur haud abisti? nā facile fert. nāq̄ non diligo elemo
sinā petētes. itaq̄ scies in posteꝝ. q̄ nos ambe femi-
ne. vna turba sumus. ¶ Fraterculus.
Sat est. nimiūq̄ ꝓfecto. nā scelus tuū. ignominiāq̄
tuam. tu portasti. cum me inique tractasti. Contume-
lie antea nil egi causa sed charitatꝫ. ꝓpterea. nūc ma
gis ignosco tibi. Et (reuera) male mente tenuisti. ⁊ fa
cto. Quia respexit deus humilitatem ancille sue. cū
me atrociter lesisti. absq̄ ratiōe. Iccirco petas mise-
ricordiam latus in Christi afluentem.

¶ Puella.

Castor/amaui neminem. pro pane babulcientem.

¶ Fraterculus.

Radix tua. et generatio tua de terra Chanaam. pater tuus Amorreus. et mater tua Chetea. Et qñ nata es in die ortus tui non est precisus vmbilicus tuus. et in aqua non es lota in salutem. nec sale salita. nec inuoluta pannis. ꝙ meminit Ezechi. xvij. tamen dij bene vertant (q̃re) prebe queso impune/ ꝙ si frustrum dabis vnum. forte nunq̃ carebis. ¶ Puella.

Edepol. mira res. nunq̃d panes ampliabis? ¶ Fra.

Non ego/ sed pater Nicolaus gymnastes meus tandem officio sis functa tuo. ¶ Muliercula.

Eus/puella/sat est. mirum in modum quid illic tandiu fertur. ad quid fiunt tot sermones. nunquid estis adinuicem in pñti litigãtes. ¶ Fratercu.

Agite elemosinam diligentius. interq̃ polos fulgebi precelsa dignitate. Eya ergo O muliercula. tu q̃q̃ o/ puella. Utinam. atq̃ vtinã. illd ꝓpheticum de vobis verificetur. ij. Paralipo. xviij. Date ei panis modicum. et re certa ab hac ede vestra non abibo. nisi panem habuero. Qd si tangẽdi copia haud est. vidẽdi tñ. hoc certum est. res ipsa indicat. ¶ Muliercu.

Au. ingredere. ac perspice. quinni pane careo.

¶ Fraterculus.

Muliercula. I/ pre sequar. tu quoq̃ puella. sequere nos. ¶ Puella.

Adsum iuncta rebus meis. ¶ Fratercu.

Pax in domicilio. habitãtibusq̃ in eo. poplitibus flexis. cordeq̃ ꝓno. Precor celestem regem. vt hac ĩ luce euidẽtibus miraculis. id optatum reperiam. tan-

dem. archam iussiõe tua. aperiam tuam. ¶ Muli.
Quid de precibus? En archa est diebus multis va-
cua. et si tantopere eam videre optas. iam inspice.

¶ Fraterculus.

Jesus. benedicite. superabundat panibus ecce.

¶ Muliercula.

O aĩa mea. O deus meus. O vita mea. vita inq̃ mi
sera. Eho. muliercula miserrima peccatrix. ei infelix
ego. heu me miseram. erraui sicut ouis que perũt. co
gnoui panem in archa esse recõditum recentiorem.
et pientissimo viro fratri Nicolao negaui paululum.
Vide peccatricem mulierculam viduã. remitteq; illi.
Nam in cõspectu tuo. et in ore est omni ppl'o Augu-
stiniano scelus meum. polliceor tibi deus eterne ad-
iuuãte tua mĩa summa. quatenus deinceps diui Au
gustini ffes eremitanos pro viribus saturabo pani-
bus. Heu charissime fratercule. panem hunc. immo
archam si libet. viro glorioso Nicolao humanissime
defferas. vt deuote pro me. atq; ꝓ puella pedisse qua
mea deum exoret. ¶ Puella.

Miserarum O miserrima. ego peccatrix puella. heo
O creator. quid dicam. Creatura tua sum. iam perũ.
creatura tua sum iã morior. Tu dñe diligis solitudinẽ
ego multitudinem. tu silentium. ego clamorem. tu ve
ritatem. ego vanitatem. tu mundiciã ego immundi-
ciam sequor. Quid plura dñe deus? Tu bonus. ego
autem mala. tu pius. ego impia. tu sanctus. ego mise
ra. tu iustus ego iniusta. tu lux. ego ceca. tu vita. ego
mortua. tu gaudium. ego tristicia. tu summa veritas.
ego vniuersa vanitas. O deus. creaturaꝝ plasmator/
Manus tue fecerunt me: et plasmauerunt me. ma-

nus inꝯ ille. que affixe clauis sunt pro me. Opus manuum tuarum creator. ne despicias. En manus meas non extẽdi. vt pientissimo viro Nicolao panem porrigerent. Parce queso. parce precor. parce inꝯ oro dñe. ancille tue peccatrici. quia dolor sceleꝝ mei nephandissimi cor meum oppressit nimium. calamitas quã patior cogit me exclamare. Hem q redacta sum. iam mihi heret oĩs culpa(q̃re)obnixe te vehementer fratercule deprecor. Vt deum p me exorare digneꝝ. archamq; tecum defer. et vale in pace. ¶ Frater. Eam in scapulis alligate meis. ¶ Mulierecula. Minime dubites. mea pro parte eam conor firmiter alligare. ¶ Puella.
Eho pondus hoc (procul dubio)graue est. tamen volenti nichil impossibile. adolescens fratercule en video iam robustus satꝝ es. archaq; secura est. Abi. et vale inꝯ. et salue. sanctoq; viro Nicolao cõmissas nos habe. tandem Romam versus beneficium absolutionis petentes ꝓficiscemur. ¶ Fratercu.
Valete feliciter Christi ancille.
¶ Angelorum cantus Alleluia. tandem fraterculus ad S. Nico. reuertit. archam suis in humeris defferẽs.
¶ S. Nicolaus.
Ad nos diu desideratus fraterculus noster reuertatur. Eho. nimium timeo. ne periclitetur. Euax. te deus benedicat. Unde tam graue tecum pondus defers?
¶ Fraterculus.
Salue pater optime. en munus hoc. tibi dono a mulierecula datum est. parceq; queso. si tarde vota compleui.
¶ S. Nicolaus.
Saluum te aduenisse gaudeo, nomine Christi altiss

mi. benedicaturq; illa. tu quoq; sis benedictus. propter obedientiam. ¶Fraterculus.
Temporibus vite mee. illam tibi polliceor.
¶S. Nicolaus.
Nihil deo magis placet/q̃ obedientia. Cham maledictus fuit. et post multa secula manet/q̃ dicitur. Semen Canaan/et non Juda. qui patri non est obsecutus. Ceterum/ Sem qui obsecutus est patri. benedictionem habuit in oia secula.
¶Fraterculus.
Utinam mecum semper sit quatenus in pace altissimi quiescam. Nã hodie verificatur illud poeticum dictum.
Cum ratione venit/mulieri credere nulli.
Vincere quam demon/ nec deus ipse potest.
¶S. Nicolaus.
Quid hoc est? te iterum atq; iterq; precor. ne in furro. aio ve malo. a tergo quẽpiam vituperes. quo pacto tacito opus est. qm̃ vt homo es. ita moriam geras.
¶Fraterculus.
En vides alme pater (re certa) pejore in loco vulnus hoc esse non potest. q̃ in quo situm est /adeo) q̃ hac in luce nou sum ille qui fuit. Vides inq̃. q̃ si reverentie tue prebuero (profecto) a meipso non loquar. sed sãctoq; ꝓphetarum. ex mulierum fama. velut ab orthodoxis alme eremitane professionis nostre pfibus palam. ac publice. generaliter cunctis chalticolis devote audientibus (vt decz) concionãtibus in paucis enucleabo verbis. ¶S. Nicola.
Te patienter auscultabo: et vt verus es, verum proferas.

¶ Fraterculus.

Ex hijs que procedent de labijs pater almifice, non faciam irrita. En auſculta. Verum eloquium. Plane mulierecula illa nec̄ (vt fas eſt ploqui) que gnata ex proſapia vili. atq; conturbernio vilioꝝ nutrita eſt. ad quam me direxiſti (procul dubio) tibi ac mihi. ob dei eterni. almeq; parentis eius. atq; diui patris noſtri Auguſtini amore. cōſtanter. firmiterq;. penes ſe panem habere negauit. aureſq; obturauit ſuas (procul dubio) eam non conducerem natibus tergendis. cuiꝰ maledictione. os plenum eſt. et amaritudine. et dolo ſub liugua eiꝰ labor et dolor. ¶ S. Hico.

Prouinciā iam ſumpſiſti duram. nihilominus nō miteris. qm̄ Job. ij. Capi. te ſane docuit. cum ad eiꝰ vxorem reſpōdit. q̄ſi vna de ſtultꝫ mulieribus locuta es.

¶ Fraterculus.

De ſeniori pater optime ſileo. nam ad reliquam iuniorem natu inneptā. inſciam. oībus virtutibus euacuatam. ſenioris pedi ſſequam. que cū ea verſabatur venio. que de facto. tam ſupbe. et iracunde locuta. et adoperata eſt erga me. q̄ per ipſam iniquam. Verificatum eſt illō Eccli. x. Non eſt creata hoībus ſuperbia. neq; iracūdia. nationi mulierum. Mulierum aūt ingenium eſt. nolunt vbi velis. vbi nolis cupiunt vltro. Hac arte tractāt viros. ¶ S. Hico.

Heus quianam cū illa diutius ergo duriſti moram? Legiſti Eccliā. xix. Non reſpicias mulierem malinolam. ne forte incidas in laqueos illius. ¶ Frat.

Ecce/ecce. iam patet. in laqueum vltra modum incidibaculinum. iam de illa in puerbijs. Capi. xi. reſcribitur. q̄ oēs qui ingrediūtur ad eam. non reuertētur.

nec apprehendent semitas vite. tamen nimium (heu) vulneratus. dei oīpotēti. optimi maximi gra. illi⁹ diabolicas euasi manus. tandē eā illic reliqui. sicut inueni. Est que vt Eccliastī. vij. cum cunctis ploquit. Et inueni amariorem morte mulierem. q̄ laqueus venatoꝝ est. et sagene eius. Vincula sunt manus illi⁹. Qui palam legit mea in facie. Qui placet deo. effugiet illā. qui aūt peccator est. capietur ab illa. Ipsa est superflua. misera. caduca. atq; atrocissima. que fratercul̄ iugulare voluit. diabolo non est creatione. sed deceptione.

¶ S. Nicolaus.

Quiane. hac in luce. in xp̄o fili. cōpatior tibi. Et vtinam. atq; vtinā ad eā minime accessisses. qm̄ in prouerbiis. xxv. describitur. Melius est sedere in angulo domus. q̄ cum muliere litigiosa. Quod ibidē affirmat iterum. Melius est habitare in terra deserta. q̄ cum muliere rixosa et iracunda. Obsecro autē altissimum. vt amodo eruaris a muliere aliena. & extranea que molit sermones suos. & reliquit ducē pubertatis sue. et pacti dei sui oblita est. Inclinata est enim ad mortē domus ei⁹. et ad inferos semite ipsius. puer. ū. Iccirco prudentiā voca amicā tuā. vt custodiat te a muliere extranea. vt̄. vij. capi. ¶ Fratercu.

(Re non dubia) in capite ecce lesio palam est. Quidni. ij. Parali. xviij. Sedechias filius Chananee. percussit Michee maxillam. sed merito. hec vero me in merito. et sine gratia. furcifera lesit turpiter. iamq; vix sum compos animi. ita ardeo hac facta mihi iniuria. Credo me esse natum ferendis p mulieres miseriis. ac iniurijs. Quianā haud ego. nec tu pater al-

mifice/iuxta illud Eccl'ia.ix. Ne zeles mulierrem si-
nus tui.ne offendat super te maliciam doctrine neq̄.
Non des mulieri potestatem aīe tue. ne īgrediat in
virtute tua.et cōfundaris. qd̄ affirmat Eccl'iasti.vij.
Uirum de mille vnum reperi.mulierem ex omnibus
non inueni. ¶ S. Nicolaus.
Si he te non audiebant.quianam. q̄ primum haud
redūsti. ¶ Fraterculus.
Quia Ezechielis.xvi. minime adimplebant.
¶ S. Nicolaus.
Id ergo gnarra.cū deuote. tum attente ꝓphetas au
dire summopere delector. ¶ Fratercu.
Gnarabo. Eho. manū egeno.et paupi. non porrige
bāt. Sūtq; nimium locuplete.quiane.si vsum nescis
earum (honestate salua) ad anum expurgādum va-
lent. Tandē expert⁹ sum.qr. Non homo.non cala-
mus.non pagina lata. liq̄rq;. Femineū facinus scri-
bere sufficerēt. Et q̄ peius est?hec. Femina demoīo
tribus assibus est mala peior. ¶ S. Ni.
Hem. beatus vt canit Eccl'ia. xxvi. qui habitat cum
muliere sensata. ¶ Fraterculus.
O quianā. illud ꝓuer.v. ꝓtunc non occurrit memo-
rie. Ne intenderis falacie mulieris. Fauus enim di-
stilans labia meretricis.et viridius oleo guttur ei⁹.
Nouissima autem illius amara quasi absinthium. et
acuta quasi gladius biceps. Pedes eius descendūt
in mortem. et ad inferos gressus eius penetrāt. Hec
est muliir illa stulta.et clamosa. Prouerbio.ix.plena
illecebris.et nihil oīno sciens. Uenenum aspidum.
in labiis eius. Illa inquā. de qua in prouerbi. xxvij.
canitur. Tecta pestilentia in die frigoris. et litigio-

sa mulier comparatur. quod habunde ipsa describi
tur Eccliā. ix. Auerte faciam tuam a muliere com
pta. atq; in eodem xxv. Omnis malitia. nequitia mu
lieris. et non est ira. super iram mulieris. Commora
ri leoni et draconi placebit. q̄ habitare cum muliere
neq̄. Nequitia mulieris immutat faciem eius. et ob
cecabit vultum suum. tanq̄ vrsus. et quasi saccum
ostendit in medio proximorum. Breuis omnis moli
tia super maliciam mulieris. sors peccatoꝝ cadat su
per illam. Mulieris ira. irreuerentia. et cōfusio ma
gna. Mulier. si primatum habuerit. contraria est vi
ro suo. Cor humile. et facies tristis. & plaga mortis mu
lier neq̄. A muliere. initium factū est peccati. & p illā
omnes morimur. Jam vides pater orthodoxe. par
tē demeritoꝝ famate periculose q̄ppe. iniuste sāgui
nolentē faciem in meā recepi vulnerationem. q̄ si nu
pta sit. Plautus de illa in paucis predixit nimium.

¶ S. Nicolaus.

Sed quid boni ait?

¶ Fraterculus.

Quidni. aīa vxoris ferret.

¶ S. Nicolaus.

Heu. sat est. amodo sileas. nam rem stultam fabula
ris. Veniam Christi nomine prebe illi. euenit vt pos
sit pastū forte hec contulit.

¶ Fraterculus.

Attamen nihilominus pastu in suo potata non licuit. Ec
clesiasti. xxvi. Mulier ebriosa. ira magna. et contu
melia. et turpitudo illius non tegetur. vt notum est
indies cumexperiētia. q̄ idem insinuit. xix. Vinū et
mulieres. apostatare faciunt sapientes. et arguunt

sensatos. et (reliqua) que sonãt turpia. Igitur iniquarum mulierum oia mẽdacioꝝ plena. opprimat deus. qm̃ me inique tractauerit. ¶ S. Nico.
Silere debueras. si addato mendacio respondit. prouer. xxiij. te sane docuere. Ne desideres de cibis eiꝰ in quo est panis mendacij. ¶ Fratercu.
Eho. nunqd. vt iussisti pater bone. adimplere debui? obedienciamqꝫ (vt pollicitus p finitre eram?)
¶ S Nicolaus.
Dei in preceptum. et laudem teneris.
¶ Fraterculus.
Sane ais pater preclarissime. Sed si mulercula panem mihi cõtribuere noluit. ad puellã illiꝰ pedisse quã accedere nunqd debueram? Nam illis vt q̃ plurimum facerem contriui inquirẽdo vitam tuam. atqꝫ meam. Nec vaticinãdo Heñ. 3. sapit. cũ ait. Ipsa cõteret caput tuum (liczꝫ) de serpente textus eloquat. Verumtamen) cunctis patẽtibus. loco in hoc capitꝭ mei. vulnera p eã cõperiunt. quippe ambe pniciose hee sunt. fideles qꝫ se fingunt. sic fidei nihil eis adhibeo. In hocqꝫ non miraris. quoniã quidã Aristote. ait. q̃ absentia mulierum. me facit esse castissimum.
¶ S. Nicolaus.
De quibus sapis? ¶ Fratercu.
De hũs falsis mulieribus. quiane. vterqꝫ duaꝝ harum neq̃. et quãto vilior est earum cõditio. tãto ruina facilior (q̃ ꝓpter) ambas. vt Erasmi vtar verbis. ad scortum purgandum eristimaui. Nempe sapientiores decepti fuere. qõ patꝫ.
Adam. Sãsonem. Loth. Dauid. ac Salomonem.
Femina decepit. quis modo tutus erit

¶ S. Nicolaus.

Ne gen⁹ femineū vituperes. nec quēquē vnq̄. qm̄.
Rusticus est vere/qui turpia de muliere
Dicit/ nam sumus omnes de muliere. Et sic aliud est
testamētum nouum. aliud est vetus. a q̄ ais hec oīa.

¶ Fraterculus.

O/si citra dixero vetus verum credes. ¶ S. Ni.
Verū credā. qr veritas de terra orta est. ¶ Frater.
Eho. Anthonini summa. titulo in primo partꝫ tertie.
Ca. xxv. Mulierū ꝓprietatem. nequitiam. atq; famā
scdz Jo. Do. sup Ecclia. quiane ꝑ A. B. C. agygra-
phie ait. in hunc qui sequit modum. Est enim mulier
auidum aīal. bestiale baratrum. concupiscentia car-
nis. damnosum duellum. estuans estus. falsa fides.
garrulum guttur. herinis armata. inuidiosus ignis.
calumpniarum chaos. lepida lues. mōstruosum men
dacium. naufragū nutrix. opifex odū. prima pecca-
trix. quietis quassatio. ruina regnoꝝ. silua superbie.
truculenta tyrannis. vanitas vanitatum. xantia xer-
sis. ymago idolorum. zelus zelotipus. q̄ gymnastes
meus quōdam agnouit. cum me docuit. vt in paucis
referam verbis.

Fuge iugum feminarum.
Nempe omnis status harum.
Praua dant stipendia. ¶ Si sit virgo quē tu glicis.
Damna rerum cōcupiscis. Et cordis incendia.
¶ Maritatam/si quis amat.
Pacem spernit/se diffamat.
Incidit in periculum. ¶ Uidua hec est elata.
Fraude plena delicata. Eris ei rediculum.
¶ Monialis/si hec placet. Semp petit/nunq̄ tacet.

Radit vt nouacula. ¶ Si begutte socieris
Per eã mox tu diffamaris. Linguã fert/vt facula.
¶ Femina/dum plorat. tunc te superare laborat.
¶ Femina dum querat. tunc te superomnia curat.
¶ Si curas/non curat. Si non curas tibi durat.
¶ Ubi peccata regnant. Peccat qui recte facit.
Et vt me breui absoluam. vtar Marcia. disticho.
Quid leuius vento? fulmen. quid fulmine? fama.
Quid fama? mulier. quid muliere? nihil.

¶ S. Nicolaus.

Cordis ex abundãtia. os loquit(q̃re) de re hac ĩponamus silentium. et ꝓ eis ora. ¶ Fratercu.
Pro eis deprecer. ne?

¶. S. Nicolaus.

Immo altissimo preces effunde. qm̃ Exodi quarto.
Fit Moyse orante victoria. cessante mestitia.

¶ Fraterculus.

Hoc sapio minime? ¶ S. nicola.
Responde obnixe. Quis enim miserum non orando pugnauit? Quis non hostem orando deuicit? En vides oronibus Danieli. visa panduntur. sopiunt flamme. fere hebetescũt. cadunt hostes. inimici vincunt.

¶ Fraterculus.

Sat est. Credo deum esse. in deo. et in deum. ipsum corde toto. sciticulosaq; mente honorans. atq; timẽs.

¶ S. Nicolaus.

Tibi ago domine iesu gratias immortales. qui hac in luce. fraterculum nostrum in charitate non ficta reconciliasti. Et sicut liberasti Abraham. de manibus Caldeorum. et filium eius ysaac de immolatione sacrificij. cum ariete. Jacob de manu Esau fratris sui.

Noe per archā diluuū. Dauid regem de manu Saulis. et Golie gigantis. Tres pueros Sidraac/ Misaac/ et Abdenago/ de camino ignis ardentꝫ. Adam de profundo puteo inferni. cum preciosissimo sanguine tuo. Joseph de manu fratrum suoꝝ. Loth de ciuitate Sodomoꝝ. famꝫ'os tuos. Moysem et Aaron. et populum israel de manu Pharaonis. et de seruitute Egypti. Jonam de ventre ceti. Saul de monte Gelboe. Judith de manu Holofernis. Susannam de falso crimine et testimonio. Danielem de lacu leonum. Filiam Chananee. que erat tormētata per diabolū. Petrum. paradisi clauigerum de mari. Paulum. de vinculis. Et me de periclitatione huius seculi. Ita hunc fraterculum nr̄m/ a modo/ a furore mulieꝝ eripe/ ac libera. Et sicut morbidos/ vulneratosq; curasti/ atq; sanasti/ et non tetigisti/ ita fraterculi nostri gnaton tangam. vt sanetur.

¶ Archangelus Raphael.

Eya. cōpar angelis Nicolae/ vt libet. ¶ S. Nico.

Eho/ ades dum fratercule charissime. paucis te volo. ¶ Fraterculus.

En. adsum pater sancte. ¶ S. Nicola.

Prebe mihi vulnus/ vt tangam tuum. ¶ Frater.

Habe pater optime/ sanaq; me ꝑ fidē tuā/ et xp̄i crucē/ genu flexo obtestor/ qꝛ ferme ī pñaꝝ obsurdesco.

¶ S. Nicolaus.

Hoc vulnus. curabile est. In noī[illegible] pr̄is et filii [illegible] spiritus [illegible] scti. ¶ Fratercu. Amen.

¶ S. Nicolaus.

Sursum erige te/ noīe sctē trinitatꝫ indiuidue inuocato quinquiesq; faciem laua tuam.

¶ Fraterculus.

Eterne deus/alpha/et o/qui hominem mortalem ex limo terre creasti/ ĩmo a dãpnatiõe/ et a morte eterna/pretiosissimo sanguine tuo redemisti. Ita amodo redime me a mulieribus turpissimis famatis. Tu mitissime angelorum deus/rexq; archangelorum/demceps erue me a furore/z nequitia ipsarum mulierum per orationes patriarcharum/merita ꝓphetaꝝ/ suffragia angelorum/ per victorias martyrum/ per fidem confessorum/ per continentiam virginum/ per intercessionem oĩm sanctorum/et electorum tuorum/qui tibi placuerunt a mundi origine. Aduentat mihi diui patris nostri Aurelĩ Augustini/ omnium ecclesiarũ luminis veridici auxilium. Succurre tu o pater sancti ssime/frater Nicolae/sis clypeus protectionis defensionisq; vite mee/ quia quicquid vis/ deus vult. interpellastiq; apũd altissimum(vt tam noui)quaten9 sanarer/vnde non valeo illi paternitatiq; tue gratias referre/nec ad hoc sufficiens sum/ sed quantulusc̃uq; sim/ sibi tibiq; patri in Christo pro viribus(quas possum)gratias refero immortales.

¶ S. Nicolaus.

Agis ꝯ per optime/ fratercule chare/ semper ipsum deum time/ atq; honora/ amicosq; in deũ/et inimicos propter deum diligas/tq; pro mulieribus calum pniantibus cum deprecare/ scelera et facinora deplorare. Magdalena vero peccatrix/lauit lacrimis maculas criminis. Saluator pendens in cruce pro nobis/ tunc pro iudeis/ et Stephanus pro persecutoribus/ deum deprecantur.

¶ Fraterculus.

Deus israel/ qui ex nihilo mundum plasmasti. Redemptor fidelium/ qui in ara crucis/ pro me mortem obisti. Sancte spiritus/ qui in corda discipulorum in linguis igneis descendisti. O qui antequam terra fieret/ nec dum erant abyssi/ almificantissimam dominam meam/ parentem tuam/ ab omni labe peccati preseruasti. Qui michaelem archangelum principem super omnes animas suscipiendas constituisti. Qui/ vt Joachim/ et Anne substantia in tres partes esset diuidenda (videlicet) ecclesie ministris/ pauperibus peregrinis/ atq; sibi ipsis prescisisti. Qui Joseph Marie sponsi baculum in templo florwisti. Qui Mariam ad Elysabeth/ visuram in montana/ cum festinatione direxisti. Qui vt Johannes Baptista/ in vtero matris sanctificaretur voluisti. Qui innocentes/ per Herodem nephandissimum/ pro te occisos/ in celis hereditasti. Qui tres magos orientales/ Jaspar/ Melchior/ et Balthasar/ vt te adorarent in Bethleem aduxisti. Qui hydriarum sex/ aquam in vinum in Chana Galilee transmutasti. Qui Lazarum quatriduanum a mortuis resuscitasti. Qui Marthe in edibus p hospicio optinendo sepe fuisti. Qui mariam Magdalenam/ et mariam Egyptiacam in deserto pane angelorum saturasti. Qui per Longinum martyrem latus tuum sanctissimum/ lancea dure et acerbissime aperiri permisisti. Qui latroni in cruce pendenti hodie i paradiso mecum eris dixisti. Qui Petro apostolo/ claues regni celestis concessisti. Qui Paulum/ velut lupum/ mitem sicut ouem fecisti. Qui Andream inter apostolos primum vocasti. Qui Johannem euangelistam/ vt non obiret conseruasti. Qui Thome

incredulo latus tuum pretiosissimum vt tãgeret porrexisti. Qui Jacobum p te primum passum ad polos inter apostolos aduocasti. Qui Philippum in Syriã. et Jacobum iustũ hierosolimoꝝ antistitẽ ad fidem christianã cõcionãdam trãsmisisti. Qui Matheum theloneariũ. de tribu Leui ab vsuꝝ dampniferis reuocasti. Qui apostolos Symonem Zelotem centum et viginti annorum crucem ascendentem. Et Thadeum consanguineos tuos apud persidem. per idolorum pontifices. vt mortem perderent. et vitam inuenirent premeditasti. Qui Bartholomeum scoriari viuum. vt vestem nouam celestem acquireret tecum dimisisti. Qui Mathiam agyographum. primo in Judea euangelium ante reliquos euangelistas hebraicis caratheribus rescribere monuisti. Qui Marcum secundo in loco in Italiam euangelium grecum. ex sermone greco. vt annotaret docuisti. Qui Luce partibus in Achaie post Mattheum et Marcum anteriores. vt euangelium describeret instigasti. Qui Stephanum prothomartirem laureolam prouidisti. Qui Ignatium ad almam matrem tuam suas. et ab eadem illi literas transmittere preordinasti. Qui Paulum primum eremitam. et Anthonium. pane viatico. per coruum refecisti. Qui gloriosissimis sanctis tuis priuilegiatis. Dionisio/ Geotgio/ Christoforo/ Blasio/ et Egidio. beatarumqꝫ virginum tuarum. Katherine/ Margarete/ Christine atqꝫ Barbare. iuxta eorum postulationem denegare non dedignasti. Qui Clodoueo Francie regi regalia insignia transmutasti. et lilia. ampulamqꝫ sanctã (qua) omnes Galliarum reges hucvsqꝫ vnguntur. a.

paradiso. per angelos illi. successoribusq; suis consignasti. Qui Laurentium supra craticulam assatum igneis flammis numinis almi munisti. Qui patrem nostrum Aurelium Augustinum ecclesie Christi vexilliferum imperterritum. ac oim scientiarum diserertissimum. Immo Hieronymum. Gregorium. Ambrosiumq; in quatuor sancte matris ecclie doctores preelegisti. Qui Monicam diuam Augustini fundatoris nri parentē. in cōuersatiōe illius. post infinitas amarissimas lachrymationum emissas cōsolasti. Qui piis meritis/et pecunijs beati Nicolai Myre presulis. virgines ne adirent posticum custodisti. Qui Lucie precibus interpellatis populo catholico conseruari oculoz lumina deuote auxilium expostulantibus. non denegasti. Qui agnetem a prostibulo inuiolatam custodisti. Qui Ludouicum pium Galliaz regem. corona regni tui coronasti. Qui hunc diuum Nicolaum Tollentinatem. obedientissimum paupere. et virginem. in almum cōfessorem preordinasti. ordinemq; nostrū sācum. signis. et virtutibus. p eōdem. iam decorasti Qui Apolloniam a dolore dētiū sanasti. Qui cū Guilelmo celicola. Karoli magni cōsanguineo Aquitanie duce. et Pictauie comite. Eremitano nro sarracenos expellandos ex Gallia. manu deifica debellasti. Qui quadraginta martyres. post vincula et carceres creberrimos eoz corpa. vt gelu cōstricta i stāgnū q; posita liberasti. Qui oēs electos tuos. vna tecum ineffabili. et i ennarrabili gria peniter corona glie coronasti. Age. obnixe te exposco. quatenus hi famule tue ambe. celi brauia. adipisci mereantur et glouam.

¶S. Nicolaus.

Almifica virgo / et genitrix dei Maria domina mea inuiolata. Sanctus Adam parens noster primus. Sanctusq; Abel/qui primus coronatus est martyrio. Fidelis Abraham. qui primus credidit deo. cui reputata est fides ad iustitiam. Sanctus Enoch. qui ambulauit cum deo. & trãslatus est mundo. Sanctus Noe. quem dominus seruauit a diluuio propter iustitiam. Sanctus Ysaac. qui fuit obediẽs patri. vsq; ad mortem. ĩ exemplum domini nostri ihesu Christi. q̃ oblatus est patri pro salute mundi. Felix Jacob. qui vidit angelos venientes in auxilium sibi. Dilectus a patre Joseph quem fratres sui vendiderunt. Sanctus Moyses. cum quo locutus est dominus facie ad faciem. Sanctus Dauid. quem elegit dominus secundum cor suum. Helyas propheta. quem dominus eleuauit in curru igneo. vsq; ad celum. Helyas propheta. qui suscitauit mortuum post mortem suam Esayas. cui mandata sunt labia igne celesti. Beat9 Hieremias. quem dominus suscitauit in vtero genitricis eius. Ezechiel propheta. qui vidit visiones dei mirabiles. Sanctus Daniel desiderabilis dei. q̃ soluit somnia regis. qui etiam interpr̃etatus est tust9. et de lacu leonum liberatus. et hũ beatificati sunt. sis quoq; beatus. quoniam mulieribus indulsisti. Tandem. si panem porrexerunt. prebe.

¶Fraterculus.

Illico. vt iubes peragam. et vt cumq; sit. tuto in loco est. recipe. ecce.

¶S. Nicolaus.

Qui me insigniuit oratione in dominica deprecare.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. hũc panem bene ✠ dicat in salutem. en hias eum. intingesq; illum in aquam velut domina mea. alma dei parens me docuit.

¶ Fraterculus.

Fiat vt vis. pater orthodoxe Nicolae. Jam egi. madefactus est. vt iussisti recipe. valeatq;.

S. Nicolaus.

Benedicite.

¶ Angeli et fraterculus simul.

Dominus.

¶ S. Nicolaus.

Que sumpturi sumus. benedicat trinus et vnus. Pater. et fi ✠ lius. et spiritussanctus.

¶ Angeli et fraterculus simul.

Amem.

¶ Hic edit ex hoc pane intincto aqua sanctus Nicolaus. peragatq; gratias deo. angelis cantantibus. Te deum laudamus te dominum confetemur. ꝛc. eregitq; se a grabato. et recedit sanus. Tunc fratres bini et bini procedunt ad benedictionem panis. vt habetur in eius officio. quia valet ad omnes egritudines. et indies infinita miracula coruscat. et laudata. ac commendata est a diuersis sumnis pontificibus. et in mari. et in igne. approbatum est.

In flammas. morbos. pestem. terraq; mariq;.
Fer Cereris munus o Nicolae tue.
Telos.

¶ In vigilia sancti Nicolai de Tollentino hymnus qui canitur in tono. Ut queant laxis reso. ꝛc.

Laudibus summis/celebremus oēs:regis eterni memorāda dona:mētibus letis / modulemur eius:grandia facta.

Qui sacre quōdam/fidei coruscans / sydus ex altis orensq; celis: qui dedit summum/ decus illud orbis Augustinum.

Ex suo te nunc/ grege procreatum: multa post tandem/revoluts secla: cōtulit dignum/ Nicolae nobis: eius alumnum.

Cuius ingētes/memorasq; gestas:res queat nemo: satis explicare/cuiꝰ excelsas/ celebresq; laudes:nemo referre.

Magne celestis/habitator aule: magne qui tantis meritis opimis:viuis et gaudēs super alta celi/astra Laus patri summo/genitoq; semper: (triūphas. quiq; procedit deus ex vtroq;:spiritus sanctus/deus vnus idem:laus tibi semper. Amen.

¶ De sancto Nicolao. Antiphona.

Omnes generationes beatum predicent Augustinum:de cuius cetu et regula:nouum sydus ortum est Nicolaus indytus fulgens in vniuerso mundo / qui salutem morbidis et lumen cecis tribuit: et magna confert munera eius deuotis oībus. ℣. Ora ꝓ nobis beate Nicolae. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus christi. ¶ Alia Antiphona de eodem.

Beatam familiam beati Augustini dicent oēs generationes quia fecit ei magna/per beatum Nicolaum qui potens est: qui dispersit superbos. et exaltat humiles. ¶ Alia Antiphona de eodem.

Nicolaus verus christi/pauper/virgo/a deo electus obedientiam iugiter seruans/eremitarum ordinem/signis et virtutibus decorauit. ℣9. Ora ꝓ nobis beate Nicolae. ℟. Ut digni efficia. vt̃s. Oremus.

ADiuuent nos q̃s dñe beati Nicolai confessoris tui preces. et merita: cuius fama. vite sanctitas miraculoꝝ gr̃a: mũdo coruscat. Per xp̃m. Alia oro.

COncede q̃s op̃s deus: vt eccl̃ia tua que in fine seculoꝝ ineffabili ꝓuidentia beati Nicolai confessoris tui virtutum et miraculoꝝ magnitudine coruscat: ipsius meritis et intercessione eliminatis erroribus pace ac vnitate letetur. Per xp̃m dñm nostrum. Amen. Benedicamus dño. Deo gr̃as.

¶ Hymnus de sancto Nicolao Tollent̃. qui canitur in tono. Ut queant laxis.

TE canunt oẽs: Nicolae gentes: te pij patres/ simul atq; matres/voce te colũt pueri canora/vota soluuntur. Efferunt ceci resonãt muti: quos tua cunctos/ope liberasti/mira decantant/tua facta claudi: laude perenni. Eruti ꝑ te/ marꝫ a ꝑiclis/ quosq; tu morbi varijs grauatos: mille sanasti/tua magna cuncti: dona fatentur. Quosq; vexatos/bonos expiasti: demonum dira/feritate quosq;: consequi rursum/ veteris dedisti lumina vite. Magne celestis/ habitator aule: magne cui tãtum/tribuit supernis: posse quẽ totum dñator alti: auxit olympi. Laus patri summo genitoq; semper: quiq; procedit/deus ex vtroq;/spiritus sãctus de9 vnus idem: laus tibi semper. Amen.

¶ Et sic est finis laus deo.